Reliqua altaria eiusdem ecc(lesi)ae demoliantur, et interim sint interdicta.

Pelvicula supponenda ampullis ad lavandas manus.

Postea idem Ill.mus et R.mus D.nus Ep(iscop)us ad hospitium sibi paratum ad sumendum prandium se recepit.

Post prandium circa horam vigesimam primam.

Prius Ill.mus, et R.mus D.nus Ep(iscop)us se contulit ad fines territorij Lavaroni p(raedic)ti (quo in loco illi ostensi fuerunt tres magni lapides qui dicuntur esse termini Tridentin., Paduan., et Feltren. respective diocesum); deinde pro sequenti die admoneri, et congregari possit populus illius parochiae ad suscipiendum confirmationis sacramentum; deinde ad p(raedic)tum hospitium reversus sumpta cena in d(ic)ta domo ea nocte quievit.

Die 20 p(raedic)ti m(ens)is in mane.

Idem Ill.mus et R.mus D.nus Ep(iscop)us ingressus p(raedic)tam parochialem ecc(lesi)am S.ti Floriani de Lavarono facta or(ati)one ante altare maius missam per R.dum D.num Philippum Tadecchium eius capellanum solemniter celebratam audivit, eaque finita off(iciu)m [illegible] iuxta Pontificalis libri ritum peregit, et postea parochianis p(raedic)tis confirmationis sacram(entu)m indigentibus illud ministravit, eaque ministratione finita cum hora esset tarda, et esset compulsus sub tegmine fagi apud dictam ecc(lesi)am non admodum distantis prandium sumpsit.

Eadem die post prandium.

Visit.o parochiae Viguli

Idem Ill.mus, et R.mus D.nus Ep(iscop)us expedita visitatione parochiae Lavaroni iter direxit ad visitandum parochialem ecc(lesi)am Viguli, et in itinere visitavit ecc(lesi)am S.ti Martini eiusdem dioc., et in